



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Cap. 16. De Nabuchodonosor & captiuitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Cap. 16.
De Nabuchodonosor & captiuitate.



VNC Nabuchodonosor ligauit catheris Ioacim regem Iuda, & duxit eum in Babyloniam. Post Ioacim regnauit filius eius Ioacim ann. III. Et hunc ducens ad eum compeditum Nabuchodonosor Rex Babylonis, & alios cum eo. Pro ipso constituitur in loco eius frater Ioacim, cuius nomen Sedechias, qui & Iechonias, qui regnauit annis XI. In anno XII. transmigravit illum in Babyloniam effossis oculis. Et populum transduxit cum eo, preter paucos, qui postea in Ægyptum descenderunt. Prophetabant autem & sub Sedechia Ieremias & Abacuc. In anno autem VIII. regni eius prophetauit in Babylonia Ezechiel. Post hunc Propheta Nahum, & Malachias, & Daniel, qui vidit de hebdomadis in primo anno Darij regis filij Aueri de semine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldæorum. In primo anno regni sui Cyrus dimisit redire populum in Ierusalem.

Cap. 17.
De generatione ac passione Christi.

n s Helchiz 2.
Esdra 2.



O autem tempore templum ædificauit. Prophetabant simul Aggæus & Zacharias: Post quos Nehemias filius n Acheli de semine Israël fabricauit ciuitatem Ierusalem cum esset ab anno x x. Artaxerxis Regis, & post hunc secundum Mardocheum. Fiunt igitur à Dauid vsque Sedechiam, qui & Iechonias, & transmigrationem generationes X I V. anni cccclxxviii. menses V I I I. Et post transmigratiōem Babyloniæ vsque ad generationem Christi generationes x i v. anni. dclx. Et à generatione Christi vsq; ad passionem eius an: xxx. Et à passione eius vsque hunc annum qui est x i i i. Alexandri, anni ccvi. Fiunt igitur omnium anni ab Adami vsque ad x i i i. Alexandri Imperatoris anni quinquies mille ccxxxviii. Vt autem aliter ostendantur, non tantum per tempora Regum, sed etiam, à quo Pascha seruatum

NB. quo tempore auctor vixit.